

...ta undecim... u... et in ve... d'ios...
...hic stans tota die doct...
...Dicit illis. Ite et vos in vineam...
...dicit dñs vinee paratorum suo...
...hic mercede in cipient...
...sicut q... qui circa undecimam hora...
...illos denarios. venientes autem...
...hic cent acceptum...
...recipientes...
...Hu novissimi una hora factum...
...portatum pondus diei et p...
...Dicit dñs n...
...Tolle qd tuu...
...sicut...
...quia...
...p...
...dicit p...
...n...
...p...
...die sept...
...no ab...
...llu...
...ut faceret...
...in...
...ign...
...geminaret...
...terra...
...irrigans...

et.

In Iovani.

fuu.

In J.

In N.



Wolke

Rubr. VII.

Nro. 35.

Gymnasial - Bibliothek

zu Cöthen.

zur Lill.

1) Mf. Cat. Burav. T. 1. V. 11. p. 1764. a. u. b.
no von L. Schenkeli de memoria d. lili. 11.
2) Anonym. Ansg. unang. Duaci 1593. u. Colon.
1643. 12. angestrichelt worden.

**Lehrerbücherei
der
Oberschule f. J.
Köthen/Anh.**

W/Sa/V.

C
au
rò

M. Samuelis Schmid / Zittavia³

Lusati, illustris Quedles

RECTORIS,

DIPHTHONGO-
GRAPHIA,

i. e.

DISSERTATIUNCULA

De

vera & genuina

DIPHTHONGORUM

AE & OE

SCRIPTIONE,

Quorundam cum Amico-


rum, tum Discipulorum rogatu

revisa,

Et

Actior atque emendatior

recusa,



LIPSIAE,

Impensis THEODORI PHILIPPI CALVISII,

Bibliopolae Quedlinburgensis.

A. C. MDC LXXVII.

Dr. Johann Baptist Zeller

Lehrer der Griechischen Sprache

DIPHTHONG-
GRAMMATIK

DISSERTATION

von
Dr. Johann Baptist Zeller

DIPHTHONGORUM

AE & OE

SCRIPTURAE

Quotumdam cum Amoco-

rum, tum Disputatio

prosaica

Agior adve commendator

verba

in scripturae

LIPSAE

in aedibus Theodori Bibliopoli

Bibliopoli Lipsiae

MDCCCXXXV





V I R O.
PER-REVERENDO. CTRINA. VIR-
TUTE Q. EXCELLENTI.

DOMINO.

M. GOTOFREDO
STERNBERGERO.

SS. THEOL. CANDIDADO. ILLU-
STRIS. MISENEI. QVOD EST. AD
ALBIM. CONRECTORI.
meritissimo.

FAUTORI. CIVI, ET AMICO.
IN. UTRAQ. FORTUNA.

AD

NISSAM. ISSAM. PLISSAM Q.
PROBATISSIMO.

HANC. QVALEMCUNQ. DISSERTA-
TIUNCULAM.

MORE. RITU Q. MAJORUM.
D. D. D.



AMOREMQ. PRO. AMORE.
REDDITURUS.

HANC. VELUTI. TABULAM
MNEMONICAM.

SCHMIDIUS.
STERNBERGERI.
TOTUS. EST.

In
SACRO. D. MEMORIAE. FANO.

Ad
ADEI. FIDII. PHILII. Q. ARAM.
L. M. Q.

SUSPENDIT.

M. SAMUEL. Schmid. ZIT-
TAVIA. LUSATUS. ILLUSTRIS.
QVEDLEI. RECTOR.



Incumspicienti mihi, multumq; ac diu cogitanti de scriptionis argumento, (quum se ut solent, offerrent plurima,) illud tandē de vera & genuina diphthongorum AE & OE scriptione, sint necne divisis illae vocalium figuris pingendae, sub stili incidem quod veniret, visum est dignissimum. Non equidem inficior, leve illud primā videri fronte, ac fricto vix dignum cicere: Verun-tamen non opinor prorsus contemnendum negligendumq;, quum iis, qui supra vulgus eruditorum sapere laborant, Orthographiae studium & necessarium sit, & multā suā utilitate fructuosum. Orthographia enim, quam *rectē scribendi scientiam*, appellat Quintilianus, (a) una omnium Philologorum voce consensuq;, pars est Eruditionis non postrema, eademq; inter rudimenta, & quasi incunabula eloquentiae, non frustra ab eodem Romanae Eloquentiae Censore Quintiliano collocatur. (b) Cujus vestigiis inhaerens Seneca ille Belgicus, puta Lipsius, *Nemo inquit, rectē*

A 2

dicere

(a)
l. 1. Instit.
Orat., c. 12.

(b)
lib. cit.

IT-
RIS.

(c)
In de Or-
thograph.
Tract. p. 1.
vid. Dillh.
Appar. phi-
lol.

dicere potest, qui nesciat rectè scribere.
(c) Non igitur arbitror, quemquam fore
supercilii tam censorii, tam sapientis pa-
truum, ut genuinorum suorum aciem in
me distringat exacuatq;. Testor enim, s.
ut Ictorum *παῖδες* loqui amant, protestor,
coram tribunali philologiae solennissimè,
me hoc, quidquid est, scriptionis subiisse,
non pruritu quodam novitatis, non ar-
rogantiae stimulo, non ambitionis oe-
stro, non ingenii ostentatione, non con-
tradicens libidine, non Doctiorib; quid-
quam obtrudendi studio, non ullâ re aliâ
inductum. Quomodo enim id mihi ho-
mini de Schola obscuro, nullâ instructo
armatoq; auctoritate, impunè arropa-
rem? Nae ego me pede meo metiri didi-
ci: Sed animo solùm veritatis exploran-
dae enucleandaeq; cupidissimo, quâ nun-
quam quidquam prius aut antiquius ha-
bendum est. Licuit autem, licet, ac lice-
bit, in politioribus literis, quae ab Huma-
nitate nomen acceperunt, suum cuique
ingenium exercere, suas cuique opinio-
nes, sine laesione alterius & injuriâ, liberè
exponere, ac Eruditorum judiciis censu-
raeque subicere.

Quo ego nunc animo, & sermonis ge-
nere non per ambitionem culto, nec di-
cendi flosculorum mangonio phalerisq;
ornato, sed simplici ac verè Scholastico,
sententiam meam exponam, paratus ab
ea di-

ea discesionem facere promptissime, si
quis probabilius aliquid censuerit.

Ut autem pedetentim ad ipsum nego-
tium caput veniam, si mihi cum Censoris ve-
nia, in Senatu literario sententiam licet
dicere, profiteor ingenuè, quod dis-
phthongi *ae* & *oe*, divisis rectius quàm
conjunctis s. compositis *e* & *ø* characteris
bus pingi debeant. Cui opinioni robur
ac firmamentum dat hic Syllogismus Car-
dinalis:

*Quaecunq; Scriptio ad verae Antiqui-
tatis normam accedit, quae aevo linguae La-
tinae aureo s. Ciceroniano, ab eruditissimis
quibusq; recepta fuit, illa proba est ac ges-
tuina,*

*Scriptio diphthongorum AE & OE di-
visa est talis. E.*

MAJOR ita clara est, ut est coelo sudo
meridies. Non enim quemquam adeò
peregrinum atq; hospitem in Republ. li-
teraria autumo, qui non, si minus è Philo-
logorù monumentis cognoverit, at audi-
tione certè aliquà acceperit, SCtum illud
in Curia Philologorum promulgatum:

QVID QVID AEVO. LINGVAE.
LATINAE. AUREO. SEU. CICE-
RONIANO. DICTUM. AUT. SCRIP-
TUM. EST. ILLUD. PROBATOR.
AC. RETINETOR.

Ne pigeat quemquam hic audire Dū-
um-Viros è Senatu illo nobilissimos. Ita
monstrum illud ingenii, & omnis erudi-
tae antiquitatis, & priscae sapientiae Anti-
stes Lipsius: *Omnis recta scribendi ratio ab
Antiquis petenda est, atq; id judicandum
optimum, quod Ciceronis, Varronis & Augu-
sti aetate à doctis receptum fuit.* (d) Ita in-
comparabilis ille politioris literaturae
Myſta Buchnerus: *Mibi verò placet, ut in
sermone Latino ANTIQVITATIS religio ser-
vetur quae (ita pergit,) Velii Longi in ſi-
mili planè negotio (orthographiam Ipe-
ſtante,) verba sunt.* (e)

(d)
tract. de
Orthogr.
Dillher.
Adpar.
phil. p. 1.
& 2.

(e)
rhes Fabr.
recent e-
dit, ad voc.
Auctor.

MINOR munitur hoc Profyllogismi
quasi clypeo.

*Quaecunq; Scriptio firmatur auctorita-
te Monumentorum, MSSorumq; antiquis-
simorum, doctissimorum, fide dignissimo-
rum, à Philologis optimis visorum ac proba-
rarum, illa ad verae Antiquitatis normam
accedit.*

*Scriptio diphthongorum AE & OE ita
se habet. E*

MAJOREM Profyllogismi tuentur
Curiae Philologicae Principes ac Senato-
res ad unum omnes, qui ad MSSorum,
Monumentorumq; antiquorum (è meli-
ore aevo, & à literatis ac linguae peritis
confectorum,) fidem, in orthographiae
negotio provocare solent. Postem hic
Catalogum satis longum numerosumque
conte-

contexere, ac testes an arbitros mihi laudare Manutios, Ursinos, Turnebos, Scaligeros, Muretos, Lipsios, Doufas, Gifanios, Casaubonos, Victorios, Canterios, Pulmanos, Barthios, Gruterios, Taubmannos, Dresseros, Siberos, Caselios, Piccartos, Goclenios, Schottos, Schoros, Alstedios, Becmannos, Schmidios, Rhenios, Buchneros, Reinesios, Vossios, Finkios, Helvicos, Dillherros, Niessios, Masenios, Boecleros, Schraderos, Schefferos, uno verbo omnes, à Calvo ad Calvum, vel à Docto potius ad Doctum, si quàm facile, tam necessarium esset. Neq; verò ut opinor, immeritò. Ecquis enim, nisi cerebrum omne vel gestet in calcaneo, vel ab asino mutuatus sit, vel mutatus ipse in asinum, persvaderi sibi patiatur, Romanos, quorum prudentiam universus prope Orbis admiratur, & imitari Principes adnituntur, eò temeritatis delapsos fuisse, ut Inscriptiones Marmorum publicorum, templorum, Theatrorum, Amphitheatrorum, Arcium, Palatiorum, Curiarum, Porticium, Portarum, & id genus aliorum, quibus fama sibi aeternitatem conciliare studuerunt, Opificum, ut est quorundam opinio imperitorum, atq; idiotarum captui arbitrioq; permiserint, aut (largiar tales fuisse,) in iis ad unguem amussimq; perficiendis, parum curae, studii, diligentiae, adhibuerint.

A s

credat

(f)
Horat. lib.
serm. Sat.
5.

... .. *credat Judaeus Apella*
Nonego, ait Ille. (f) Et quâ credam? quum
testes habeam vel primae cerae Philolo-
gos, quòd Sculptores ac Marmorarii tum
temporis in magno pretio fuerint, nec a-
deo rudes, ut quid rectum ignorarent, ita
ut Artifices nostri ne extremâ quidem li-
neâ cum Antiquis comparari posse vide-
antur. Neq; verò MINOR praesidio suo
destituitur. En triarium militem, quem
in principio locatum volo, Ambrosium,
scilicet Calepinum. Quid autem Ille?
*Communis ait error per multa secula, & ma-
lè scribitur, dum ex duobus corporibus fit u-
num a, aut signatur & caudatum pro ae, &
malè pronunciat, dum solum e sentitur in
prolatione, scribi debent se junctim haec duo
elementa, & utrumq; proferendo audiri.*
(g) Mox fundamenti loco adjicit antiquas
Romanorum notas, ut AEDIL. *aedilis*,
AED. CURUL. *aedilis curulis*, AED. PL. *ae-
dilis plebis*, AEG. *aeger*, AER. P. *aere pub-
blico*, AED. D. *aedem dicavit*, AED. S. *aedem
sacravit*, AED. IN. M. *aedes inscriptae me-
ridie*. AER. ST. *aerario Saturni*, &c. quae
ibi videat qui volet. An verò putes, Ca-
lepinum citra perlustrationem anxiam,
Codd. vetustissimorum, Monumentorum
publicorum, eorumq; verè genuinorum
orbi illud literato suggestisse? Fuit sanè,
ut in ipsius vitâ Dictionario praefixâ legi-
tur, *divinarum humanarumq; literarum*.

(g)
In Dictiono-
nar. post A
ante E

Inda-

Indagator studiosissimus, unde opus pergrande suâ industriâ, magno labore, ex innumeris prope Auctoribus collegit, Polset hic veteranus miles, integrum (ut ita dicam,) exercitum argumentorum, instar Coelitis illius Romani sistere, sed succenturiati aderunt alii.

Ad stat Lipsius, quem Solem Antiquitatis, Historiae omnium Condum & Promum, sapientiae & prudentiae Animam Acidalis us adpellat, (b) Ae diphthongus, adserens, sicut & aliae omnes, apud Antiquos semper divisim literis, non conjunctis scriptae sunt, quod & hodie servatur à Doctis. (i) A quo non abire videtur ipsius Scholastes Dillherrus, (k) Theo-ac Philologus extra invidiam aleam doctissimus, cujus doctrinam reconditiorem, ipse Imperator noster Augustissimus LEOPOLDUS, quum Norimbergam venisset, admiratus esse dicitur. Quid verò Lipsium in eam pertraxisse sententiam putes? quid? nisi vetustissima Antiquitatis monumenta, quorum inspectioni otium se ac omne liberum tempus dedisse profitetur. (l)

Sistit se Aldus Manutius, Pauli F. Aldi N. qui tres Libb. de quaesitis per epistolam divulgavit, ac in toto illo Opere nullum Æ vel æ, aut OE, œ, sed semper AE æe, OE, oe, posuit. At quis ille Manutius? Curiosus Antiquitatis Investigator, Dem-

(b)
Animadv.
in Curt. l. 3.
p. 12.

(i)
In adparat.
Phil. à Dill-
herr. edit.
p. m. 26.

(k)
In observ.
ad Loc. e.
und, p. 31

(l)
Epist. 87.
ad Wo-
yver. Cent.
Miscell.

æe

(m) lib. 59.
Hist.

tae ex asse beres, ut omnium confessione constet, literas renascentes ortum suum Mantuanæ familiae debere, quæ verba Thuanii sunt. (m) qui ætatis suæ Historiam summo iudicio ac fide, sine odio & gratia, prudentissimè conscripsit.

Hunc excipit Scaliger Filius, qui in duobus libris Aufonio adjunctis, & A. C. cl. Io. XXCVIII. Heidelbergæ formis æneis descriptis, ubiq; diphthongos æ & œ distinctis pinxisse literis deprehenditur.

(n)
Orat. Funer. p. 6.

Tantæ autem tamq; admirabilis fuit Scaliger eruditionis, ut teste Heinſio (n) alii *abyssum eruditionis*, alii *scientiarum mare*, alii *doctorum Solem*, alii *Patris divini Subolem divinam*, alii *genus Deorum*, alii *perpetuum literarum Dictatorum*, alii *maximum naturæ opus & miraculum*, alii *extremum naturæ conatum*, alii aliter vocare illum non dubitarent.

(o)
Epist. dedic. Exercit.

Succedit huic Caesar Baronius, cuius πολυαναγνωσίαν & πολυμαθειαν, i. e. multam lectionem, multamq; eruditionem ipse Adversarius Casaubonus admirari satis nec prædicare potest. (o) Hic verò in Annalium Tomis, præcipue VI. prioribus, omnes inscriptiones ac monumenta Antiquitatis, diphthongis AE & OE sejunctim figuratis, expressisse animadvertitur. Latere hinc patior Octavium de Strada, Rudolphi II. Rom. Imp. Nobilem Aulicum & Antiquarium, ab Amico quodam

clam in teriore, aeternumq; meo, mihi
communicatum, in cuius Opere incredi-
bili labore, magno sumtu, peregrinationi-
bus multis iisque periculosis congesto, ef-
figies Imp. Romanorum à C. J. Caesare
usque ad Matthiam, ex antiquissimis nu-
mismatibus aureis, argenteis, aeneis, bo-
na fide, ut habet In scriptio, delineatae
visuntur, in iisque Diphthongus AE divi-
sim exarata reperitur. Ante Henricum
quidem Secundum *sexaginta* vicibus scri-
ptum legitur CAESAR, CAESARES &c. Si-
militer in Numismate LXVII. MEMORIAE.
DOMITILLAE. S. P. Q. R. in XXCIII. MATIDIA
AUG. DIVAE. MARCIANAE. F. in CIII. FECUN-
DITAS. AUGUSTAE. in CXLV. DIVA. JULIA.
MAMMAEA. & in altera parte ejusdem Nu-
mismatis: PIETAS. MAMMAEAE IN CCI. AE-
MILIANUS. IN CCXLVI. MONETA. N. URBIS.
ROMANAE. IN CCXLVII. SALUS. REIPUBLI-
CAE. &c. Eadem scriptio reperitur in Nu-
mismatibus OTHONIS IV. ALBERTI, HEIN-
RICI VIII. FRIDERICI PULCHRI, LUDOVICI
V. CAROLI IV. ubi haec quoque: MAR-
CHIO. MORAVIAE & LUSATIAE. item AI-
BERTI II. imò MAXIMILIANI etiam I. Quam-
quam in posterioribus seculis, (agnosce
verò seculorum labeculam,) aliquando
occurrit Æ conjunctum, v. g. CAESAR.
&c.

Silentio Casparem Rothium involvo,
Virum in literarum politiorum cultu non
igno.

(p)
lib. cit. post
Verb. Ad-
sum.

(q) vid.
praefat.
Gramm.
Philos.

(r)
vid. Bere-
nici praef.
in Tub.
pacis.

(s)
Gramm.
Philos. p.
m. 2. it.
144.

ignobilem, qui in libello ab Aldo Manu-
tio collecto, à se verò non parum aucto, &
Lampas sive Fax Orthographiae inscri-
pto, ipsissima Calepini verba, de scriptis-
one AE divisa repetit, eademque iis ope-
rà L. M. Q. subscribit. (p)

Mitto Gasparem Scioppium Philolo-
gum multarum literarum, & antiquae ur-
banaeque Latinitatis intelligentissimum,
(q) caetera Apostatam sceleratissimum,
furiosumque; Alastora, (r) in cuius Gram-
matica Philosophica diphthongos *ae* & *oe*
divisis scriptas characteribus reperias. (s)

Taceo alios spectatae fidei Philologos,
qui in Italia aliisque Regionibus, Marmo-
ra, Lapides, Codd. MSSos, ejusque ge-
neris documenta alia, non è barbaro isto,
sed è longè vetustiore, adeoque florentis-
simo profecta seculo, curiosè perlustrâ-
runt, eandemque scribendi rationem ob-
servârunt. Non mihi tamen indicti a-
bibunt duo illi Reipubl. literariae qs.
Atlantes, Justus scilicet Reinhardus Rob-
bigius, ICTus *κειτικώτατος*, qui in Lexico
novo de rebus Criticis, Rintelii clc lbc
XXII. edito, non tantum ubique diphthon-
gos *ae* & *oe* divisim pinxit, sed ejusdem
quoque scriptionis propugnationem, ca-
pite libri I. quarto integro acriter susce-
pit, argumentis usus à nostris non alienis.
Inter alia urfit argumenta Plautina *Me-
naechmorum* & *Poenuli*, Acrostichides ha-
bentia,

bentia, quae diphthongos *ae* & *oe* divisim,
duobus versibus exprimunt, v.g.

*Mercator Siculus, cui erant gemini filii,
Ei, surrepto altero, mors obtigit.*

*Nomen surreptitii illi indit qui domi est
Avus paternus, facit Menaechmū Soscitem.
Et is Germanam, postquam adolevit,
quaeritat*

*Circum omnes oms. Post Epidamnum
devenit,*

Hic fuerat auctus ille surreptitius. &c.

Item.

Puer septuennis surripitur Carthagine.

Oso mulierum adoptat hunc emtum.

Senex,

Et facit heredem ejus pueri cognatae duae

Nutrixq; earū raptae, mercatur Lycus &c.

Alter M. Johannes Sebastianus Mitter-
nacht/illustris Rutheni olim Rector, nunc
Episcopatus Cizensis ac Numburgensis
Superintendens generalis, utrinque ce-
leberrimus, idemque verus antiquitatis
Thesaurarius, in cujus lucubrationibus
aura illa, & quasi stacte quaedam purioris
Antiquitatis ubiq; spirat. Emisit ille au-
reolum certè (absit livor) opusculum,
quod Pentas disertatiuncularum Schola-
sticarum inscribitur, dignum quod à Pu-
be φιλομύσῳ nocturnâ versetur manu
versetur diurna. In illius disertatiun-
cula quarta, hanc ipsam materiam more
suo, i.e. eruditissimè pertractat, eandemq;
seriè

*myronus
gast.*

scribendi rationem quā auctoritatibus,
quā rationibus gravissimis confirmat, cu-
jus ego vestigia passu licet impari, nunc
sequor. Inter alia *ἀποξμνημόνευτε* provo-
cat Ille ad Inscriptiones plurimas, quae
visantur in Libb. IIX. rerum Augustana-
rum Marci Velferi, edit. Venet. Anno
clō lō XCIV. cum figuris aeneis: Item ad
Volumen quoddam Inscriptionum, jam
ante seculum Basileae editum, in quibus
ubique occurrat *ΛΒ*, nusquam verò *Æ*. Pro-
ducit etiam Membranas antiquissimas,
quarum duas penes se habere adfirmat, u-
nam tribus, sex alteram seculis antiqvi-
orem, in quibus eadem scribendi ratio
observetur, v. g. *quae, saecularium, praeece-
dit, patriae, praecedentibus, saeculo, coele-
stia, &c.*

Idem Antistes utriusque antiquitatis
in Epistola Anno clō lōc LXV. peramanter
ad me datā, laudat Manuscriptum aliud
antiquissimū Evangeliorum, in singulos
anni dies, ex Coenobio Bosiani vel Bosar-
viensi prope Cizam sibi communicatum:
Item Octaviani Ferrarii Mediolanensis,
Philosophi ac Medici insignis Librum de
Origine Romanorum, Mediolani clō lō
VII. apud Petrum Martyrem Locarnum
excusum, in quo scriptio Diphthongorum
ae & oe divisa, à capite ad calcem usq; re-
tineatur. *Saxum igitur fuerit, qui saxis*
illis

illis & monumentis, (quæ sculptis, quæ scri-
ptis,) fidem negaverit, ut Beemanni φιλο-
λογωτα⁷8 verba hinc usurpem. (t.) Et quæ-
ram ex negaturo, unde & quo mediò pri-
mitus libri hodierni typis excusi fuerint?
Annon è MSS. lapidibus, statuis, monu-
mentis aliis? Quòd si haec ita negligenter,
quid futurum est omnibus illis libris, quibz
bus hodieq; excusis utimur, & tantopere
nitimur? Age lector Veritatis studiosissi-
me, cogita, & mecum scio, senties.

(t)

In Apolo-
get. Sched.
p.m. 103.

Quamquam verò haec quæ attuli, e-
jusmodi sunt, ut ad sententiam meam fir-
mandam sufficere posse videantur, tamen
ne quis acclamet cum illo subtilitatū Ma-
gistro Scaligero, (u) *Cedo Cardane causam,*
Rationum momenta ut adferam, necesse
est. Offert se primo statim intuitu Argu-
mentum, ex loco *Parium* profectum, hoc
fortè modo:

(u)

Exerc. 302
Sect. 2.

*Quod Uni Parium tribuitur, idem
alteri tribuendum est.*

1.

Argum.

*Atqui omnibus reliquis diphthongis pu-
ta ai, ei, oi, ui, au, eu, tribuitur scriptio vo-
calium divisa E. & diphthongis ae &
oe eadem tribuenda est.*

MAjorem negabit nemo, nisi qui Lo-
gicorum Regulas ne primis quod
dicitur, labris libavit. Nimirum *Parium*
est eadem ratio, de paribus idem judicium,
paria paribus respondent, sunt Logicorum

B

axioma-

axiomata, quibus est ad fine nostrum Germanorum, gleiche Brüder / gleiche Köpfe. Minor suis radiis radiat, ut quae *αυτοψία* f. fide oculata comprobatur. E. non potest non sequi, quod volo. Sin minus, gravissimam subesse rationem oportet, quam obrem duae illae duntaxat diphthongi ae & oe, jure suo, (ut ita dicam.) nativo ac hereditario priventur, composita quoque, & (verba sunt Mitternachtsi satis arguta,) *Hermaproditum imitante figurâ* exprimantur. Quid enim commiserunt misellae istae diphthongi, ut secus ac sui generis reliquae, in unum corpus conflentur, quod tu Lector benevole, neque a, neque o, neque e, neque utrumque dixeris? Quum igitur, quam jure meritoque desidero rationem, nullus quod sciam, hactenus exposuerit, causae opinor nihil est, cur solae illae duae patiantur, quod caeterae omnes sociae nec passae unquam sunt, nec posthac patientur.

Sed inquis, *reliquas diphthongos jam pridem in ejusdem fati societatem venturas fuisse, si commodè conflare unaquaeque in unam formam potuisset.* Ego verò non dubitanter edfirmo, commodius id in plerisque, quam in ae & oe fieri posse, quod cui libet *ὀφθαλμοφανῶς* monstrare possem, si typos, quos desidero, accommodatos haberem.

II.
Argum.

Deinde à diphthongorū *naturâ officioque* hunc in modum argumentor:

SE

*Si diphthongorum omnium est, sub una
syllaba duplicem sonum è diversis vocali-
bus simplicibus conflatum edere, sequitur
eas distinctis etiam vocalium figuris ex-
primendas esse,*

At verum est Antecedens,

E. & Consequens.

Antecedentis veritatem nemo, nisi
sit ἀναλφάβητος in dubium vocabit.
Qui enim Doctis occurrere esse possit,
quod diphthongos Veteres ita pronun-
ciarint, ut Vocalis utriusque sonus perciperetur.
Sed Consequens etiam in Solis,
quod dicitur radiis perscriptum esse arbitror.
Orthoëpeiam enim sequitur Orthographia,
i. e. scribenda est vox quomodo sonat,
uti monent Grammaticorum Filii.

Ac licet hodie genuinus diphthongo-
rum AE & OE sonus ignoretur, non scri-
ptio tamen genuina negligenda est. Ab
Ignorantia enim illius, ad negationem alte-
rius modi, N. V. C.

Tandem utor argumentatione à

*Signis, i. e. punctis diaereticis
petita.*

III.
Argumento

*Si dictionibus quibusdam, Vocales ae &
oe contiguas habentibus, superne puncta,
quae vocantur diaeretica, imponuntur, se-
quitur & causae & discriminis non nihil,
subesse inter vocales ae, oe, & diphthongo-
gos ae & oe.*

Sed illud est. E. & hoc.

B 2

An-

ANtecedens in luce tam clara positum
arbitror, ut non hominē oculatum,
sed talpam oculorum casum lumine, esse
oporteat, qui illud non videat.

Nam cum Codices manuscripti anti-
qvissimi, & libri hodie typis accuratori-
bus exscripti, puncta illa diaereseos dictis
vocib9 adponunt, tum universum Gram-
maticorum Concilium edicto quasi Prae-
toriano adponi jubet. Exempli gratia,
aër, aëdon, Michaël, Raphaël, Phaëton, Noë,
Poëta, orthoëpea, coëo, coëmo, coëgi, coërceo,
introëo, & similia. Quod ad Consequens
attinet, in confesso est. Quid enim causae,
quidvé discriminis sit, noverunt & faten-
tur eruditiores ad unum omnes, (à Gram-
maticis ita edocti,) id ideo fieri, ne impe-
ritiores legendo impingant, & diphthon-
gum imaginentur sibi, ubi nulla est. Dis-
cernunt igitur duas vocales, quae di-
phthongum aliàs constituunt, & ad diver-
sas syllabas pertinent, ab ipsâ diphthongi
tali efficiuntq; , ut dixi, ne à verâ legendi
ratione incautiores exorbitent. Ex quibus
liquido constare arbitror, diphthongos *ae*
& *oe* distinctis olim vocalium characteri-
bus & scriptas fuisse, & hodie scribi debere;
aut omittenda esse puncta illa diaeretica,
quum si diphthongos dictas figurâ com-
positâ pingas, (*ae* & *œ*), nullus ipsorū usus
foret, aut quod licitum olim fuit, id illicitum
hâc aetate nostra haberi. Omitto ra-
tiones

in forma Librorum
quod le dicto
praetoriano
in libris
praesertim
a. bone de
non puto ei
edictum
praetoriano
ultimum in
Biblioth.



tionem alias, ne nimium pagellae turgescant, ad eaq; progredior, quae nonnulli Amici, Amici inquam, nam ad Sciorum quorundam & inasutulorum convicia, quorum semper in obelomens, semper in lingua est cerebrum, nec aures habeo nec linguam,) contra proferre solent.

Ajunt I. quidam, duci me vano quodam & inani novitatis studio, qui contra consuetudinem receptissimam diphthongos ae & oe figuris distinctis pingam: Jam vero, quo magis propensa est ad novitatem humana natura, eo studiosius ab ea modestis ingenis cavendum esse. Resp. per Inficiationem, Nego ac pernego novam esse hanc scribendi rationem, de qua mihi sermo est, quum ex dictis non possit non liquere, eam esse fati antiquam, & aevo Latinae Linguae optimo, doctissimis quibusq; usitatam; novam vero & vix ante pauca natam secula, figuram compositam. Nisi velis novum dicere etiam id, quod quum vetustum sit, diuq; ab oculis, tractatione usq; hominum abfuerit, in lucem iterum protrahitur, & in consuetudinem revocatur. Adde ex abundantia distinctionem inter novum ὄντως, s. revera & φαινομένως, s. opinione. Novum non est illico quod novum quibusdam videtur. Si quis scriberet coda pro cauda, plostrum, pro plaustrum, anus, pro annus, fesus, pro fesus, divom, pro divum, servom, pro servum, foures, pro fus

David & Uthol
davain & y
obely brasshof
notare obeli
auf h. nota
I. Object. visco.
illud dicitur

(u)
Antiq lect.
l. II. c. 14.

(v)
Lib. I Inst.
Orator c.
14.

II
Object.

scus cascā d
it est in d all
in ain oz. case
loy all hāniff indz.

res, jous, pro jus, colos, pro color, numei pro
numi, Sabinei pro Sabini, Aui ovi, absenti, in
Ablativo pro Ave, ove, absente, Dii, in Ge-
nitivo pro diei, esit pro erit, &c. multos
crediderim eam scribendi rationem novis-
tatis ream postulatuos. At verò antiqv-
simam illam, imò antiqvitate nimis anti-
qvâ, exoletam hodie, atq; ab usu remotam
esse, vel ex Lipsio patet (u) ut reliquos ma-
gni notiq; nominis Criticos nunc praete-
ream. Sic non pauci novandi studio aestu-
are illum existimarent, v. g. scriberet, optus-
mus, maxumus, causae, casus (pro casus.)
divisiones &c. Sed Quintilianus qui A. C.
LXIX. floruit, novitatis larvam omnem de-
trahit. Adserit enim scriptionem illam
non se tantum, sed Cicerone ipso antiqv-
orè esse, quamquam Ciceronis etiam tem-
poribus paulumq; infra, quoties S. litera
media vocalium longarum, vel subjecta
longis esset, geminatam fuisse, & Tullii &
Virgilii manum docere, confirmat (v) Ac
Sexcenta hujus generis alia cumulare hinc
liceret, si opus foret, chartaeq; angustia
permitteret.

Alii Scriptioni huic dicam impingunt
de nimia Antiquitate. Ajunt enim eam
exoletam esse, abdicatam, ab usu omni remo-
tam: ideò ingenii esse ineptissimi, & nescio
quam famam eruditionis stolidè aucupantis,
ejusmodi exoleta, cascā, ab omni usu abbor-
rentia curiosè ac de industria consectari &
ut ipsi

ut ipsi loquuntur, solche alte Grahen und
Salbadereien / ab inferis revocare. Resp.
per distinctionem. Multum inter esse arbi-
tror inter antiqua & antiquata. Non o-
mne antiquum est antiquatum. Qvis e-
nim antiqua illa, quae optimo illo aevo,
ab optimis Auctoribus usurpata fuerunt,
antiquata diceret?

Non quisquam credo adfirmabit, nisi

*Vervecum in patria, crasq; sub
aëre natus.*

TAm vero scriptionem diphthongorum
ae & oe divisam, aevi esse optimi, supra
probatum est. Nec parum discriminis est
inter exoleta κατ' ἀλήθειαν, s. ex rei veritate,
& κατ' ἔξιν, s. ex opinione vulgi sensuq;. Illa
ceu inter mortua maneant sepulta: Haec
verò tantum abest ut eliminentur, ut om-
ni potius studio ac contentione revo-
centur crebraq; ac tempestivâ usurpati-
one familiaria reddantur.

Alii urgent dandum esse aliquid Consvē-
tadini, cuius imperium gravissimum sit, teste
Publio Syro (x) cuius vis maxima, quae in
naturam quasi & legem quandam abire so-
leat, ut Ictorum est sententia. Resp. per
Concessionem, Plurimum non nego Con-
svetudo valet, est ejus qualis tandē cunq;
illa exstiterit, tanta vis, ut citius violas
rubi proferre, portare pyra mitia pinus
posse videatur, quàm ut illa mutetur, ubi
radis

III.
Object.

(x)
In Mim. sub
lit G.

(y)
l. quod nō
ratione. 39.
ff. de legg.

(z)
lib. 3. de
Bapt. contr.
Donat c. 6.
(aa)
Ibid. l. cit.

(ab)
epist. 34. ad
Pompej.

radices jam aliquo in loco egerit. Sed illud me contra movet, quod Ictorum Signifer Bartolus in Consuetudine requirit *Principium* ut loquitur *rationabile*, (y) h. e. vult eam niti ratione sanā graviq; aliā enim corruptela potius diceretur. Quod si ita est, quā quæso ratione Consuetudo corrupta & vitiosa, quantumvis vetustissima, Veritati potest fraudi esse? Non est videndum quid moris, sed quid juris sit, non quid fiat, sed quid fieri debeat. Veritate igitur manifestā, cedat Consuetudo Veritati, quod est consilium Augustini, augustissimi nominis Doctoris. (z) Nec à se abit, Nemo inquiringens consuetudinem rationi & veritati praeponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. (aa) Ejusdem fuit animi Christianorum ille Cicero Cyprianus, Augustino longè prior, cujus hāc de re digna sunt, quae adscribantur verba: *Consuetudo sine veritate vetustas erroris est.* (bb) Idem alibi: *Quaelibet inquit consuetudo, quantumvis vulgata, veritati omnino est postponenda, & usus, qui veritati est contrarius abolendus.*

Sed regerunt, non destitui ratione probabili, hanc quae figuris compositis a & u sit, scriptionem: Ajunt facere τὰ χυρὰ φιλαν, i. e. celeriorē expeditiorēq; scribendi rationem, Typochezarumq; laborem non parum levare. Resp. partim per Negationem, Eodem mihi credo momento, quo alius pingit a & æ pingi etiam potest ae & oe, fac quæso pericu-
ricu-

riculum, nec opinor repugnabis. Partim
per *Concessionem*. Sit ita sublevetur quo-
dammodo Typothetarum labor, (non
enim sum nescius, quod quam diphthon-
gum more recepto ex una capsula depro-
munt, eam hâc ratione è duabus arcesere
teneantur,) Quis verò cordatus, ubi alios
murciae, litare viderit extemplo sibi quoq;
Vacunae sacrificandum putet?

Alii opponunt, *me apud plurimos in arro-*
gantiae, temeritatis ac penè stoliditatis cu-
jusdam suspicionem venire, quòd quum ple-
riq; omni genere doctrinae exculti Viri utan-
tur compositâ illâ figurâ, unus ego, nec aucto-
ritate, nec ingenio, nec eruditione cum iis
comparandus, prae aliis sapere, unus cornu-
cum, quod dicitur, oculos configere, unus cae-
teris omnibus praescribere unus omnes, ut
loqvuntur, reformare coner: tantorum igi-
tur Virorum auctoritate meritò me à coepto
tam audaci avocari debere. Respondeo in-
juriam fieri mihi non levisimam. Quo e-
nim animo, quove fine hanc disertatiun-
culam susceperim, supra satis, opinor per-
spicue exposui, ut taedeat repetere, ac
cramben recoctam apponere. Méne è
dementiae ac temeritatis descendere, ut
quam scribendi ratione discipulis in hanc
usque horam liberam reliqui, nec ullum
unquam ut me sequeretur, adegì, eam Vi-
ris doctis coner praescribere? Absit hoc,
absit longissime. Sum, fateor inops ab in-

IV.
Object.

B §

nops

nops ab ingenio, nudus à doctrina, aucto-
ritatis expers, homo scil. de Schola, i. e. for-
tis abjectae, proletarius prorsus, classequè
ac capite census. Quâ igitur fronte onus
humeris impar subire ausim?

Quod autem ad *plerosq;* Viros doctos
provocant, illorumq; auctoritatem instar
capitis Gorgonei mihi obvertunt, Re-
spondeo *plerosq;* illos *Doctos*, esse vel *Mi-
norū* quod dicitur, vel *Majorum gentium*.

De illis valet illud πολυθρῶλον: *Mul-
titude errantium, non parit errori patrocini-
um*.

Ducenti jam anni sunt & aliquanto am-
plius, quum diphthongi *ae* & *oe* à *plerisq;*
ferè exfulare juberentur, in earum locum
simplici *e* suffecto, quod infiniti prope
Codd. tum MSS. tū impressi, liquidissime
demonstrant. At quum nativa linguae
Latinae facies ex situ, squalore, ac pulvere
erueretur, ejusq; sordes expurgarentur,
magnus ille Barbaro-mastyx Erasmus, a-
liiq; non obesae naris Philologi, ante &
post Eum, non sectabantur *plerosq;* illos,
sed urgebant Antiquitatis monumenta,
puriora.

(cc)
In Dissert
de miscell.
quibus
Gramm.

Pleriq; scribunt *Syrach* vel *Syracides*, &
testis est auritus, Excellentissimus Dn.
Mitternacht (cc) Theologum olim Jenae
celeberrimum D. Himmelium, illam scri-
ptionem aliquoties in auditorio vocasse
communem errorem. An verò ideo er-

ror

ror esse definit, quia *plerisq;* communis & Minimè gentium. Nullus certè Graecorum Codicum, qui libros Apocryphos continent scripturam illam probat. Accuratiores legunt Σειράχ, reliqui Σιράχ, (Sic enim sonat Inscriptio, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ), nulli Συράχ. Plurimi ut Athenaeum, ita Lycaeum Musaeum scribunt, quomodo in Foro Romano, Lexico aliàs nunquam satis laudato scriptum reperitur: At sagaciores, quotquot Graecum & ἀθηναιῶν, & λυκείων ἀκασείων expendunt, pudet, comunem illum plurimis errorè errare, Lyceum igitur ac Museum scribunt.

Num igitur ne contra plurimos sentire videamur, ineptiendum nobis consulto erit?

Plerisq; scribunt *conditio* eine Bedingung / Fürschlag / item *convitium* ein Lästerwort / per *t*; Sed qui sunt solertiores, & *condicio*, & *convicium* per *c* in significatione modò dictâ scribunt. Illa enim à *condicendo* est pactio s. conventio ab utraqve parte quasi *condicta*: Hoc qs. *convociũ*, est vocis contentio, quum scil. aut plurium hominum, aut unius etiam hominis plures ac repetitae voces, plerumq; contumeliosae, in unum hominem conferuntur. Similiter scribunt pleriq; *Author*, vel quod tolerabilius videtur *Autor*. Sed audiamus incomparabilem illum Romanae literaturae Mystam Buchnerum. Hic in
Fabri

(dd)
Sub dict.
Autor.

(ee)
Lib. LV.

Fabri Thesauro editionis novissimae (dd)
ita: Autor ut Valla scripsit, s. Author, sed
Auctor potius dicendum scribendumq; est.
Nam qui ex Graeco αὐτὸς vel αὐθεντίας deducunt, numquam mihi rationes suas hactenus potuerunt probare. Neq; enim video, quâ ratione fieri id satis commodè possit. (Ibidemq; refutato modestè Vosio, tandem ex Dione Casio (ee) (qui cum explicaret, quid auctoritas Senatûs diceretur, atq; id unâ voce Graecâ hanc posse exprimi significâsset, eamq; ob causam latino vocabulo ipse Graecus uteretur, non αὐθεντίας, aut αὐθεντίας sed αὐθεντίας dixit,) suam sententiam probat. Nisi enim antiquissimi scripsissent auctoritas, Dio suum Kappa non interposuisset. Tandem addit Vir πολυμαθὴς αὐτῶν: *Mibi placet, ut in Latino sermone antiquitatis religio servetur, quae Velii Longi in simili planè negotio verba sunt.* Numquid ergò, ne à plerisq; recedas, contra evidentissimum argumentum conatu vanissimo pugnandum censes?

Plurimi sic à pueritia adsveti, (culpa interdum Praeceptorum,) scribunt v.g. *sapio, solers, posse, aut ita posse, aut sic posse, disputo, dissero, aut dissero, instituo, discepto, distinguo, distraho &c.* quum scribendum esset *sapio, solers, posse, disputo, dissero, instituo, discepto, distinguo, distraho.* An verò tu ejusdè erroris socius esse velis? Vix crediderim. Retrahit te Principis
um

um Orthographicum, quod s̄ minuscu-
lum, vocum & syllabarum fini, at s̄ longius-
culum earundem initiis destinavit. Neq; ve-
rò temerè: Hoc enim pacto pueris com-
positio pulchrè aperitur, v. g. *dis-puto*.
non *di-puto*, neq; *dis-puto*, cum nemo nisi
Longus, i. e. bardus ac bliteus, (quo sensu
longus Catullo accipitur, (ff) in fine s̄ lon-
giusculum pingat. Non dissimiliter multi
scribunt, *Januarji*, *Virgilji*, vel *Januarij*,
Virgilij, vel *Januarij*, *Virgilij*, pro *Januarii*
Virgilii, *iisdem*, *iisdem*, pro *iisdem*, *Iesus*,
Iobannes, *Iudex*, pro *Iesus*, *Iobannes*, *Ju-*
dex, *Jnitium*, *Jgitur*, pro *Initium*, *Igitur*, *ia-*
cio, pro *jacio*, *qui*, *quum*, *quomodo*, pro *qui*,
quum, *quomodo*, *reliquum*, pro *reliquum*,
Hulcauus, *uinum*, *uiuo*, pro *Vulcanus*, *vinum*,
vivo, *vnvs*, *vtinam*, *vlcus* pro *vnus*, *utinam*,
ulcus, &c. An verò hoc statim imitandos
tibi proponas, quia multi sunt? An te-
meritatis tibi notam aut stoliditatis inuri
patiare, quòd ab eiusmodi Scriptoribus
diversum sentiri? Non potest cuiquam
Orthographiae studioso ignotum esse di-
scrimen inter *Vocalem i* & *I*, & *Consonan-*
tem j, *J*, & ipsum *y*, inter *vocalem u*, & *con-*
sonantem v.

Plurimi scribunt *imprimis* conjunctim
et subspecie adverbii, n in m mutantem,
pro *in primis* divisim, (Ablativo Neutr.
plural. absoluto, ἐν πρώτοις posito, *impostez-*
rum pro *in posterum* (scil. tempus.) &c. Num-
vero ne à plurimorum sententia abhorere
videare.

(ff)
Vosf. In-
statRhed.
Lib. 1. c. v.
num. 19.

(33)
Ant. 1. d. 1.
2. 2. 2. 2.

videare, sciens prudensq; inepties? Non
ego credo, nec mihi Σειρήνων ὑπερθέσσεια
persuaserit. Sed quò mens calamusque
dilabatur. Redeo ad id, quod institui.

Quod autem ad Doctos *majorum genti-*
um attinet, persuasissimum est mihi, illos
uti loqui solent cum vulgo, sed sentire cum
sapientibus: ita et scribere cum vulgo, &
sentire cum eruditioris Antiquitatis Culto-
ribus.

Qvî enim illos in Antiquitate omni
versatissimos fugiat, iis temporibus, qui-
bus, florentissima fuit Lingva Latina, di-
phthongos ae & oe distinctis vocalium fi-
guris exaratas fuisse? Neq; verò defuncti
nominis celeberrimi Viri, qui iisdem ratio-
nibus adducti, figurâ diphthongorum
ae & oe compositâ & probant & imitantur.

Produceré Epistolas non paucas, ad me
datas, in testimoniû advocaré alia MSSta,
item Diatribas Academicas, Lipsiae, Jenae,
Helmstadii & alibi excufas, si necessitas fla-
gitaret. Ac sanè scripturi hoc modo com-
plures essent, si vel Typothetarum perti-
naciam emollire, (hoc enim genus homi-
num nò semper ad nutû eruditi habent,)
vel consuetudinem, quae radices tam al-
tas egit, possint evellere. Dixit enim verè-
qui *naturâ tenacissimos esse nos eorum,*
quae rudibus annis percepimus, olim dixit,
Marcus scil. Fabius Quintilianus, Roma-
nae Eloquentiae Confor acutissimus (gg)

Alios

(gg)
Lib. 1. Inst.
Orat. c. 1.

Alios, (quod pace tantorum Virorum
ona, & praefiscini dixerim,) revocat illud

*Monstrum horrendum, informe, ingent,
cui lumen ademtum* (hh)

(hh)
Virg. B. Aen

Sanæ rationis, quodq; REPUTATIO
S barbarè vocatur. Metuunt enim, ne
si errorem inveteratum à Vulpecula (ut
cavillantur) Scholastica detectum dam-
nent, eo ipso erroris se coarguant, atq;
adeo in discrimen existimationis suae veni-
ant. Quam itaq; censeant, Reipublicae
literariae cardinem in orthographicis his-
ce minutiis non verti, dare aliquid tem-
pori, errorem dissimulare, auctoritati suae
consulere, fatius esse ducunt. Caeteros
quos Amici nodos solent necere, non at-
tingo, quum non sint Cordii aut Hercula-
ni, quibus secandis Alexandri M. gladio
sit opus, sed expediri facile dissolviq; pos-
sint. Atq; ita argumentum hoc Philolo-
gicum lineis rudioribus adumbravi, pe-
nicillum aliis relicturus quibus major cum
Camoenali familia intercedit conjunctio,

*Et quis meliore luto finxit prae-
cordia Titan.*

Repeto autem id, quod in hujus dis-
sertatiunculae ingressu monueram,
sanctèq; ac candidè testor, me haec quan-
tulacumq; in proscenium produxisse, non
ut laureolam ex mustaceo quod dicitur,
quaeretrem non ut Doctorum cuiquam
litem

litem moveram, cum eoq; contentioni
ferram reciprocarem, non ut sexagenario
de ponte deicerem, nō ut iudicandi liber-
tatem sublatum irem, sed animo quo talia
proferri solent, φιλαλίθει καὶ φιλοπεύσῳ
i.e. veri studioso, sciscitandiq; cupido ac
curioso. Deligat sibi quis utram vult
scriptionem, per me licebit. Mihi modo
integrum sit, venerandae Antiquitatis
vestigia impure legere, ubi & quoties citra
salutis iacturam legi possunt, sicut ego ali-
os patior sequi, quod ad ipsorum palatum
accommodatum fuerit. Si quis verò
Phoebus meliora protulerit, habebit me
dicto audientem. *In Schola enim veritatis
pulchrum est & vincere & vinci*, ut verè sci-
teq; non nemo Veterum ait.

Ex quo Naturae ille Mysta solertissimus,
ac Wittebergae decus perpetuum Sper-
lingius, haec hausisse videtur, dum in
Meditationibus in Scaligeri de subtilitate
Exercitationes *Nihil, inquit, formidandum
amatori veritatis, pulchrum est pro veritate
& vincere & vinci.* (ii) Nam scire debemus
quia si quis à veritate vincatur, non ipse vin-
citur, sed ignorantia, quae in ipso est, quae est
Daemon pessimus, verba sunt Clementis
Alexandrini (kk) quibus hanc
disertatiunculam ob-
figno.

F I N I S.

(ii)
p. 361.

(kk)
Libr. 2, rec^o
cog.


AB 44 $\frac{27}{h,3}$

3
ULB Halle
003 122 751


sb.


VD 77





Farbkarte #13

B.I.G.

*elias Schmid / Zittavia*³
, illustris Quedlin
 RECTORIS,
THONGO-
APHIA,
i. e.
RTATIUNCULA
De
era & genuina
THONGORUM
AE & OE
SCRIPTIIONE,
adam cum Amico-
rum Discipulorum rogatu
revisa,
Et
or atque emendatio
recusa,

LIPSIAE,
THEODORI PHILIPPI CALVISII,
bliopolae Quedlinburgensis.
 A. C. MD LXXVII.